

Euangelia Observationes ; quem ego virum
omni observantiâ dignissimum ac mihi præter
cæteros venerandū honoris caussâ hîc nomino ,
rationem Excellentiæ vestræ redditurus cur ei ,
donec persuasissim , suadere non destiterim ut
nimiâ operis mole tantùm non oppresso amicam
commodaret operam , ac suum quoque studium
huic nostræ Argentei codicis editioni dicaret .
Quoniam verò non sum nescius , Excellentissi-
me Princeps , fore ut incurram in reprehensiones
vel Imprudentiæ , quòd veteris linguae Gothicæ
primos immaturosq; conatus præfestinanter in
publicam lucem protruserim ; vel Impudentiæ ,
quòd eos , etiamnum crudos , illustrissimo no-
mini Vestro inscribere nondubitaverim ; brevi-
ter quoque proponam utriusque ausi rationem :
quæ si Æquitati Vestræ probabitur , ne tenuissi-
mam quidem hujus illiusve criminis notam famæ
nostræ inuri posse judicabo . Enimvero multi-
modis mihi cum isthoc animo vituperandus vi-

de-

derer , si mei ipsius fiduciâ subnixus informem
partum tollere decrevissem ; at nunc nemo sa-
nus factum culpabit : siquidem nullâ meâ vo-
luntate hanc suscepi provinciam , sed suasu atq;
instinctu hominum genere , ingenio , virtutibus ,
ordine , existimatione , copiis ornatisimorum ,
ex quibus non nemo plurimùm etiam apud Te
valebat . Exemplò igitur cessi obtendentibus
authoritatem judicii Vesti , vel (ut ego quidem
interpreteror) Vestræ testimonium benevolen-
tiæ ; cui cùm difficultatum erat , tum ne æquum
quidem , præsertim in re bonâ , diu reluçtari .
Quod si Tu , Magne Heros , tenuissimâ favoris
Tui aurâ hanc nostram qualemcunque operam
afflare dignaberis : cæterorum hominum neque
laudes ambitiosè aucupabor , neque criminatio-
nes vehementer exhorrescam ; probéq; mihi
semper constabit utriusque facti ratio , cur &
publicaverim , & publicatum opus (quod alte-
rum erat inconsultissimæ reprehensionis caput)

* * 2

in-